 eum eo. maria ergo accepit libram unguenti nar-

di pulchri p̄ciosi. ⁊ unxit pedes ihu. ⁊ extersit capil-
lis suis pedes eius. ⁊ domus impleta est ex odore un-
guenti. Dicit ḡ unus ex discipulis eius iudais scario-
tis. qui erat eum traditurus. Quare hoc unguē-
tum non uendit trecentis denarijs. ⁊ datum est
egenis. Dixit autē non quia de egenis p̄uenit ad
eum. s; quia fur erat ⁊ oculos habens. ea que mi-
rabantur portabat. Dixit ḡ ih̄s. Sine illam. ut
in diem sepulture mee seruet illud. Laudes enim
semp̄ habetis uobis. me autē non semp̄ habebitis.
Cognouit ḡ turba multa ex iudeis q̄a illic est. ⁊ uene-
runt non p̄pter ih̄m tantum. s; ut lazariū uiderēt
qm̄ suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autē p̄nei-
pes sacerdotum ut lazariū interficerent. quia
multi p̄pter illum abibant ex iudeis. ⁊ credebant in
ih̄m. In iherosolimam autē turba multa que uenerat ad
diem festum. eum audissent quia uenit ih̄s iherosoli-
mam. acceperunt ramos palmarū. ⁊ processerunt ob-
uiam ei. ⁊ clamabant. Osanna benedictus q̄ uenit
in n̄ne d̄ni. rex isrl̄. Et inuenit ih̄s asellum ⁊ sedit
sup̄ eum. sicut scriptum est. Non timeat filia sion.
ex rex tuus uenit sedens sup̄ pullum asine. hec
non cognouerunt discipuli eius p̄imum. s; q̄no glifi-
catus est ih̄s. tunc recordati sunt quia hec erant

scripta de eo. Thee fecerunt ei. Testimonium g̃ p̃be
 bat turba que erat cum eo. quō lazarum uocauit
 de monumento. ⁊ suscitauit eum a mortuis. Prop
 terea iobuam uenit ei turba. quia audierunt
 eum fecisse hoc signum. Pharisēi g̃. dixerunt ad
 semet ipsos. Videtis quia nichil pficimus. Ecce mū
 dus totus post eum abiit. Erant aut̃ gentiles qui
 dam ex his qui ascenderant. ut adorarent in die
 festo. hi g̃ accesserunt ad philippum qui erat a
 bethsaida galilee. ⁊ rogabant eum dicentes. Dñe.
 uolumus ihm uidere. Venit philippus. ⁊ dicit an
 dree. Andreas rursūm ⁊ philippus. dixerunt ihu.
 Ihs aut̃. respondit eis dicens. Venit hora. ut clari
 ficetur filius hominis. Amen amē dico uob. nisi
 granum frumenti cadens int̃a mortuū fuerit. ip
 sum solum manet. Si aut̃ mortuū fuerit. mul
 tum fructū afferit. ⁊ amat animam suam. p̃det eā.
 Et qui odit animam suam in hoc mundo. in uitā eternā
 custodit eam. Siquis in ministrat. me sequatur.
 Et ubi sum ego. illic minister meus erit. Siquis
 in ministrauerit. honorificabit eum pater meus.
 Hunc animā mea turbata est. Et quid dicam. Pater.
 glorifica me. ex hora hac. S; p̃pt̃ea ueni in horam
 hanc. Pater. clarifica nomen tuum. Venit g̃ uox

de celo. Et clarificauit: et ita clarificabo. Turba
ergo que stabat et audierat: dicebat trinitati sem
esse. Alij dicebant. Anglis ei locutus est. Respondit
illis: et dixit. Non propter me uox hec uenit: sed propter
uos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps
huius mundi eietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. hoc autem di
cebat: significans quia morte esset mortuus.
Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia
christus manet in eternum. Et quomodo tu dicis
oportet exaltari filium hominis? Quis est iste fi
lius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Ad huc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis:
ut non tenebre uos comprehendant. Et qui
ambulat in tenebris: nescit quo uadat. Dum
lucem habetis credite in lucem: ut filij lucis si
tis. hec loquutus est ihesus et abiit et abscondit se
ab eis. *Mat. iij. Dominus uerbum. Passio domini nostri ihesu christi.
In illo tempore: secundum marcum. In nomine domini gloria tibi domine.*
Stat pascha: et prima post biduum. Et que
religiosi summi sacerdotes et scribe: quomodo
illum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim.
Non in die festo. Ne forte tu multus fieret in
populo. Et cum esset ihesus in bethania in domo sy

mous leprosi ^u recumberet. uenit mulier habes
 alabastrum unguenti nardi spicati preciosi. et frac-
 to alabastro effudit sup caput eius. Erant autem
 quidam indigne ferentes inter semet ipsos: et di-
 centes. ^u ut quid prodicio ista unguenti facta est? ^u Vo-
 terat enim unguentum istud uenundari plusquam
 trecentis denariis: et dari pauperibus. Et frem-
 bant in eam. Ihs aut dixit. Sinite eam. ^u Quid
 illi molesti estis? ^u Bonum opus: operata est in me.
^u Semper enim pauperes habebitis uobiscum: et cum
 uolueritis potestis illis bene facere. ^u Me aut non semper
 habebitis. ^u Quod habuit haec fecit: prouenit unguere
 corpus meum in sepulturam. ^u Amen dico uobis: ubicumque
 predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mu-
 do. et quod fecit haec narrabitur in memoriam eius.
 Et uidas scarnothas unus de duodecim abiit ad hi-
 mos sacerdotes: ut prodere eum illis. Qui audien-
 tes ^u gauisi sunt: et promiserunt ei pecuniam se da-
 turos. ^u Et querebant quomodo illum oportune tra-
 deret. Et primo die azimorum quo pascha immolabitur:
 dicunt ei depli. ^u Quo uis eamus. et paremus tibi ut
 manducemus pascha? ^u Et mittit duos ex discipulis suis:
 et dicit eis. Ite in ciuitatem et occurret uobis homo la-
 genam aque baulans. ^u Sequimini eum: et

quocumq; introierit dicite dño domus quia ma-
gister dicit. Vbi est refectio mea. ubi pascha cũ
deplis meis manducem. Et ipse ubi demonstra-
bit cenaculū grande stratum. tunc parate nob.
Et abierunt depli eius. uenerunt in ciuitatem.
et inuenerunt sicut dixerat illis. et parauerunt
pascha. Vespere autē sō. uenit cum duodecim. Et
discumbentibus eū manducantibus. ait ih̄s.
Amen dico ubi. quia unus ex ubi me tradet. q̄mā
ducat mecum. At illi cepunt contristari. et dice-
re ei singillatim. Nunquid ego. Et ait illis. Unus
ex duodecim. qui intingit mecum manū in cati-
no. Et filius quidem hominis uadit. sicut scrip-
tum est de eo. ut autē homini illi. p̄ que filius
hominis tradetur. Bonum erat ei. si non eēt
natus homo ille. Et manducantibus illis accepit
ih̄s panem. et benedicens fregit. et dedit eis. et ait.
Sumite. hoc est corpus meum. Et accepto calice.
gr̄as agens dedit eis. Et biberunt ex illo om̄s.
Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamēti.
qui pro multis effundetur. Amen dico ubi. qd̄ iam
non bibam de gemmine uitis. usq; in diem illū
cum illud bibam nouum in regno dei. Et h̄ymno
dicto. exierunt in montem oliuarum. Et ait eis

ih̄s. Om̄s scandalizabunt in illa nocte. quia sc̄p-
 tum est. Peruciam pastorem. ⁊ diligentiur oues
 gregis. ⁊ postea quam resurrexero. precedam uos
 in galileam. Petrus aut̄ ait ei. Et si om̄s scandaliza-
 ti fuerint. ⁊ non ego. Et ait illi ih̄s. Amen dico tibi.
 quia tu hodie in nocte hac. priusquam gallus bis
 uocem dederit. ter me es negaturus. At ille am-
 plius loquebatur. Et si oportuerit me simul co-
 mori tibi. non te negabo. Similiter aut̄ om̄s
 dicebant. Et ueniunt in p̄dium cui nome geth-
 semani. ⁊ ait de plis suis. Sedete hic. donec oriem.
 ⁊ assumit petrum ⁊ iacobum ⁊ ioh̄em secum. ⁊ ce-
 pit pauere ⁊ cedere. Et ait illis. Tristis est āma m̄a.
 usq; ad mortem. Sustinete hic. ⁊ uigilate. Et cum
 p̄cessisset paululum. perdit sup̄ terram ⁊ orabat ut
 si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit. Āba
 pater. om̄ia possibilia sunt tibi. transfer calicem
 hunc a me. ⁊ non q̄d ego uolo. ⁊ q̄d tu. ⁊ uenit.
 ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait petro. Simon
 dormis. Non potuisti una hora uigilare mecum.
 Vigilate ⁊ orate. ut non intretis in teptatōem. Sp̄s
 quidem p̄ntis est. caro ueta in fuma. Et iterū
 habiens. orauit eundem sermonem dicens. ⁊ re-
 uersus denuo. inuenit eos dormientes. Et ait

enim oculi eorum grauari: et ignorabant quid respon-
derent ei. Et uenit tertio: et ait illis. Dormite iam:
et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce tradet filius
hominis in manus peccatorum. Surgite cernis: ecce
qui me tradet ipse est. Et adhuc eo loquente: uenit
iudas scarioth unus de duodecim: et cum illo turba
multa. cum gladiis et lignis missi a summis sacer-
dotibus et scribis et a senioribus. Dederat autem traditor
eius signum eis dicens. Quicumque osculatus fuero:
ipse est. Tenete eum: et adducite eum. Et cum ueni-
isset: statim accedens ad eum dixit. Kalbi. Et oscu-
latus est eum. At illi manus iniecerunt in eum: et
tenuerunt eum. Unus autem de circumstantibus
educens gladium. percussit seruum summi sacerdotis:
et amputauit illi auriculam. Et respondens ihesus:
ait illis. Tamquam ad latronem exitis eum gladiis
et lignis comprehendere me? Cotidie eram apud uos
in templo docens: et non me tenuistis. Sed impleantur
scripture. Tunc depli eius relinquentes eum: omnes
fugerunt. Adulescens autem quidam sequebatur eum
amictus sindone super nudum: et tenuerunt eum. At
ille reiecta sindone: nudus profugit ab eis. Et ad-
duxerunt ihesum ad summum sacerdotem: et conuene-
runt omnes sacerdotes et senes et seniores. Petrus autem

Et ergo dixit eis Ego sum. Abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Item ergo eos interrogavit. Quem queritis. Illi autem dixerunt. Ihesum nazarenum. Respondit illis. Qui ubi. quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite nos abire. Ut impleatur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdim ex ipsis quemquam. Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum: percussit pontificis servum. et abscidit aureclavam eius dextram. Erat autem nomen serui malchus. Dicit ergo ihesus petro. Mitte gladium in vaginam. Calicem quem dedit in patrem non vis ut bibam illum. Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum circumprehenderunt ihesum: et ligaverunt eum. et adduxerunt eum ad annaniam primum. Erat enim sacerdos calhyphus: qui erat pontifex anni illius. Erat autem calyphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem illum simon petrus: et alius deceptus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: et introivit eum in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad hostium foris. Exiit ergo deceptus alius qui erat notus pontifici: et dixit hostiane et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla hostiana. Numquid et tu ex deceptis es hominis istius. Dicit ille. Non sum. Stabant autem servi et ministri ad portas: quia frigus erat

et calefaciebant se. Erat aut̄ cum eis ip̄etus stans.
et calefaciens se. Pontifex ḡ interrogauit ihm de disci-
pulis suis. et de doctrina eius. Respondit ei ihs. Ego
palam loquutus sum mundo. Ego semp̄ docui in si-
nagoga in templo quo om̄s iudei conueniunt. et in
oculto locutus sum nichil. Quid me interrogas. In-
terroga eos qui audierunt. quod locutus sum ip̄is. Et
ex hi seruiunt. que dixerim ego. Hec aut̄ cum dixisset.
unus assistens ministror̄ dedit alapam ihu dicens.
Sic respondes pontifici. Respondit ei ihs. Si male lo-
cutus sum. testimonium pibe de malo. Si autem
bene. quid me cedis. Et misit eum annas ligatum
ad cayphan pontificem. Erat aut̄ simon petrus stans.
et calefaciens se. Dixerunt ḡ ei. Hinc ḡ tu ex dis-
cipulis eius es. Negauit ille et dixit. Non sum. Di-
xit unus ex seruis pontificis. cognatus eius cuius
absceiderat petrus auriculam. Nonne ego te uidi in
orto cum illo. Iterum ḡ negauit petrus. et statim
gallus cantauit. Ad ducunt ḡ ihm ad cayphan in
pretorium. Erat aut̄ mane. Et ip̄i non introierunt
in pretorium. ut non contaminarentur. sed ut manduca-
rent pascha. Exiit ḡ pilatus ad eos foras. dixit. Quid
accusatōem afferitis ad uersus hominem hunc. Res-
ponderunt et dixerunt ei. Si non esset hic male factor.

non tibi tradidimus eum. Dixit g̃ eis pilatus. Ac
 cipite eum uos. Iteclm legem uram iudicate eum.
 Dixerunt g̃ ei iudi. Nobis non licet interficere q̃mcp̃m.
 Vt sermo ihu impleteretur que dixit. significans qua
 morte esset moriturus. Intrauit g̃ iterum in p̃tor̃
 um pilatus. et uocauit ihu et dixit ei. Tu es rex iude
 orum. Et respondit ihs. Atinet ip̃o hoc dicis. an
 alij tibi dixerunt de me. Respondit pilatus. Num
 quid ego iudeus sum. Gens tua i pontifices. tradi
 derunt te in. Quid fecisti. Respondit ihs. Regnum
 meum. non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo eēt
 regnum meum. ministri mei utiq; de certarent ut
 non traderet iudeis. Hinc aut. regnum meum no
 est hinc. R̃p̃ndit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu.
 R̃p̃ndit ihs. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in hoc
 natus sum. i ad hoc ueni in mundum. ut testimo
 nium p̃beam ueritati. Om̃s qui est ex ueritate.
 audit meam uocem. Dicit ei pilatus. Quid est ue
 ritas. Et cum hoc dixisset. iterum exiit ad iude
 os et dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est
 aut̃ consuetudo. ut unum dimittam ũ in pascha.
 Vultis g̃ dimittam uob̃ regem iudeorum. Et amaue
 runt rursus om̃s dicentes. Non hunc s; barabam.
 Erat aut̃ baraba iatro. Tunc ergo apprehendit pilat̃



ihm: ⁊ flagellauit. Et milites placentes coronam de
spinis posuerunt in capite eius: ⁊ uelle purpurea cir-
cumdederunt eum. Et ueniebant ad eum: ⁊ dicebant.
Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiit ite-
rum pilatus foras: ⁊ dicit eis. Rex ad duos eum ubi foras:
ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio.
Et exiit ⁊ ih̄s portans spineam coronam: ⁊ purpureum
uestimentum. ⁊ dicit eis. Ecce homo. Cum ⁊ uidisset
eum pontifices ⁊ ministri: clamabant dicentes. Cru-
cifige: crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite
eum uos: ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo
causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus
⁊ secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Cui
ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit.
Et ingressus est prorsum iterum: ⁊ dixit ad ihm. Uide
es tu? Ih̄s autem responsum non dedit ei. Dixit ⁊ ei
pilatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatem
habeo crucifigere te: ⁊ potestatem habeo dimittere te?
Respondit ih̄s. Non haberes potestatem aduersum me
ullam: nisi tibi datum esset de super. Propterea qui
tradidit me tibi: manus peccati habet. Et exinde que-
bat pilatus dimittere eum. Iudei autem: clama-
bant dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus ce-
saris. Omnis qui se regem facit: contra dicit cesari.

Datus uero cum audisset hos sermones: ad duxit
 ihm foras et sedit pro tribunali in loco qui dicitur heos
 tratus. hebraice aut gabatha. Erat aut parasceue
 pasche: hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex iu:
 Illi aut clamabant. Tolle tolle: crucifige eum. Dicit
 eis pilatus. Regem urum crucifigam? Respondit pon
 tifices. Non habemus regem: nisi cesarem. Tunc et
 tradidit eis illum: ut crucifigeretur. Susceperunt at
 ihm: et duxerunt. Et laudans sibi crucem: exiit
 in eum qui dicitur caluariae locum ebraice golgotha
 ubi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc
 ihunc: medium aut ihm. Scripsit aut titulum pi
 latus: et posuit sup crucem. Erat aut scriptum: ihu
 nazarenus rex iudeorum. Hunc et titulum multa le
 gerunt iudeorum: quia pro ciuitatem erat locus ubi
 crucifixus est ihu. Et erat scriptum: hebraice. grece.
 et latine. Dicebant et pilato pontifices iudeorum. No
 n scribere rex iudeorum: sed quia ipse dicit rex suum iu
 deorum. Respondit pilatus. Quod scripsi scripsi. Quia
 licet et eum crucifixerent eum: acceperunt uestime
 ta eius et fecerunt quatuor partes. unamque unam
 partem tuniceam. Erat aut tunica inconfusa: et
 de sup contexta per totum. Dixerunt et ad unum.
 Non sciudamus eum: sed soriamur de illa cuius sit.

¶ Et scriptura impleretur dicens. Lacerati sunt uestimen-
ta mea sibi: et uestem meam miserunt sortem. Et mi-
lites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem
ih̄s mater eius. et soror matris eius maria cleophe: et
maria magdalene. Cum uidisset ergo ih̄s matrem et disci-
pulum quem diligebat: dicit matri sue. Mulier. ecce
filius tuus. Deinde dicit cleop̄. Ecce mater tua. Et
ex illa hora: accepit eam cleop̄s in suam. Postea scies
ih̄s quia iam omnia consummata sunt: ut consummate-
tur scripta dicit. Sicut. Vas quod positum erat: a ceto ple-
num. Non autem spongiam aceto ylopo circumponentes:
obtulerunt ei. Cum ergo accepisset ih̄s acetum:
dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradi-
dit sp̄m. Iudei ergo qui in paralyse erat ut non remane-
rent in cruce: et porta solbat: erat enim magnus dies
ille sabbati: rogauerunt pilatum ut frangeretur eor-
um crux: et tolleretur. Veniunt ergo milites: et prius quod
fregissent crux: talis quod crucifixus erat cum eo.
Ad ih̄m autem cum uenissent: ut uiderunt eum iam
mortuum. non fregissent eius crux. sed unus militum
lancea latus eius aperuit: et continuo exiit sanguis et
aqua. Et qui uidit testimonium perhibet: et uerum
est testimonium eius. Et ille scit quia uera dicit:
ut et uos credatis. Hec sunt enim hec: ut scriptura



impleretur. Quis non comminuetis ex eo. Et iterum alia
 scriptura dicit: Videbunt inquam transiverunt. Post
 hec autem rogavit pilatum ioseph ab arimathea: et quod est
 deus ihu. occultus autem propter metum iudeorum: ne con-
 teret corpus ihu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tulit
 corpus ihu. Venit autem nichodemus qui venerat
 ad ihm nocte priorem: ferens myrturam in seculo
 es quasi libras centum. Accepit ergo corpus ihesu:
 ligaverunt eum linteis cum aromatis. sicut mos
 est iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est
 ortus: in orto monumentum novum. in quo non
 dum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasitum
 iudeorum quia iuxta erat monumentum posue-
 runt ihu. *Salvato in vigilia pasche benedictio regis.*

Exultet iam angelica turba celorum exultent diuina

multena si pro tanti regis victoria tuba intonet salutaris
luminis

Splendeat se tellus tantis irradiata fulgoribus et eterni regis
 splendore lustrata totius orbis se sentiat annis illa lignem

Luceat et mater ecclesia tanti luminis ad ornata fulgoribus
et magnis populorum uerbis hec aula resulet. **Q**uia
propter altantibus nobis fratres karissimam ad tam miram
huius luminis claritatem una mecum queso dei omnipoten
tis misericordiam inuocare ut qui me non meis meritis in
ita leuissimi numerum dignatus est aggregare luminis
sui gratiam infundendi ceteri huius laudem implere possit
per dominum nostrum Iesum christum filium suum qui
cum eo uiuit regnat in unitate spiritus sancti deus

Per omnia secula seculorum Amen **D**ominus uobiscum
Ter cum spiritu tuo **S**ursum corda **R**edemus ad
dominum **G**racias agamus domino deo nostro

Dignum multum est **D**ere dignum multum est in

uisibilem deum omnipotentem patrem filiumque eius

unigenitum dominum nostrum ihesum christum toto

cordis ac mentis affectu uocis ministerio personare

Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit et ueteris

paculi caucionem pro euore detulit **H**ec sunt enim

festa paschalia in quibus uetus ille agnus occiditur eiusque

sanguine postes consecrantur **I**n quo primum pa-

tres nostros filios israhel eductos de egypto rubrum

mare sicco uestigio transire fecisti **H**ec igitur uox

est que peccatorum tenebras columpne illuminatione

purgauit **H**ec uox est que hodie per uniuersum

meis. **H**uius igitur sanctificatio noctis fugat scelem

culpam lauat et reddat in nocentiam lapsis melis leticiam

Hic ponit

Fugat odia concordiam parat et curvat impria in censum.

In huius igitur noctis gracia suscipe sancte pater in censi

huius sacrificium uespertinum quod tibi in hac cerei obla

tione sollempni per ministrorum manus de operibus apertim

facto sancta reddat ecclesia. **S**ed iam columpne huius

procuria nouimus quam in honorem dei rutilant. **I**gnis

*Hic accendi
accendit tunc cereus.*



in licet diuisus

mutuati luminis de trimenta non recusat. **A**litur



liquantibus cereis quas in substantiam proxi huius

lampadis apis mater. **O**mnibus uerbis nox que



expoliavit egiptios ditavit hebreos **P**ro iniqua terrenis

celestia humanis diuina unguuntur **P**ramus te domine

ut creent iste in honorem nominis tui consecratus ad nocitas

huius caliginem destruendam in deficiens perseueret in

odorem suauitatis acceptus supernis luminaribus infusetur

Flammis eius lucifer matutinus inueniat **I**lle inquam

lucifer qui uelut aurum **I**lle qui regressus ab inferis

humano generi serenus illuxit **P**rosumus ergo te

domine ut nos famulos tuos omnem eternum et de

uotissimum populum una cum beatissimo papa nostro

ill. et antistite nostro quere temporum concessa in his

pascualibus gaudiis conferuare dignens **P**er do

minum nostrum ihesum xpistum filium tuum qui

tecum uiuit et regnat in unitate spiritui sancti deus

per omnia secula seculorum Amen. *Sedm mathm.*

In illo tempore: **V**espere autem sabbati que
 lucebat in prima sabbati: uenit maria magdalene

et altera maria uidere sepulcrum. Et ecce tunc mo-

tus: factus est magnus. Angelus enim dñi descen-

dit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat

super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur:

et uestimenta eius sicut nix. Et timore autem ei

exterriti sunt custodes: et facti sunt uelud mortui.

Respondens autem angelus: dixit mulieribus. Nolite

timere uos. Scio enim: quod ihesum qui crucifixus

est. Non est hic. Surrexit enim: sicut dixit. Ve-

nite et uidete locum: ubi positus erat dñs. Et cito

euertes dicite de plis eius quia surrexit: et

ecce precedit uos in galileam. Ibi eum uide-

bitis ecce predictum uobis. *In die sc̄m pasche*

Et illo t̄p̄e: Maria mag. Sedm marchū.

magdalene et maria iacobi et salome emerunt:

et aromatha: ut uenientes ungerent ihesum.

Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes: uiderunt reuolutum lapidem. Mirati quippe: magnus ualde. Et intrantes in monumentum: uiderunt iuuenem sedentem in dextris. eo operati stola candida obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ipsi queritis nazarenum: crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce locus: ubi posuerunt eum.

Sed ite dicite de plebis eius et petro: quia predicabit uos in galileam. Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. *Mat. ij.*

In illo tempore. **D**uo ex plebis ihesu ibant *Secundum lucam.* in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab iherosolymis: nomine emaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem: de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur inter se quererent: ipse ihesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quod confertis ad inuicem ambulantes et estis tristes? Et respondens unus eorum nomen cleophas: dicit ei. Tu solus peregrinus es in iherosolymis: et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dicit. Que? Et dixerunt. De ihesu nazareno: qui fuit uir propheta potens in opere et sermone coram deo

et omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi
 sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis: et
 crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus: quia ipse
 esset redempturus israel. Et nunc super haec omnia: tertia
 dies est hodie quo haec facta sunt. Sed et mulieres quaedam
 ex nostris tenuerunt nos: quae ante lucem fuerunt
 ad monumentum. Et non inuenit corpus eius: ue-
 nerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse
 qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex
 nostris ad monumentum: et ita inuenerunt sicut mu-
 lieres dixerunt. ipsum uero non inuenerunt. Et ipse
 dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum: in
 omnibus quae loquuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit
 pati christum et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens
 a moysi et omnibus prophetis: interpretabatur illis in
 omnibus scripturis. quae de ipso erant. Et appropin-
 uerunt castello quo ibant: et ipse finxit se longius
 ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum
 quoniam ad uespasert: et inclinata est iam dies. Et in-
 trauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum
 illis: accepit panem et benedixit ac fregit. et porri-
 gebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt
 eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt
 ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis

chum loqueretur in illis. et aperit illis scripturas. Et
surgentes eadem hora regressi sunt in iherosolimam. et uen-
uerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis
erant dicentes. quod surrexit dominus uere et apparuit
simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia.
et quomodo cognouerunt eum in fractione panis.
In illo tempore. **S**edit ihesus **Mat. xiii. Secdm lucham.**
in medio discipulorum suorum. et dixit eis. Pax uobis.
Ego sum. nolite timere. Conturbati uero et conterriti.
existimabant se spiritum uidere. Ut dixit eis. Quid tur-
bati estis. et cogitationes ascendunt in corda uestra. Vi-
dete manus meas et pedes. quia ipse ego sum. Palpa-
te et uidete. quia spiritus carnis et solis non habet sicut
me uidetis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis
manus et pedes. Ad huc autem illis non credentibus et
mirantibus pro gaudio. dixit. habetis hic aliquid
quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem pis-
cis alii. et fauam mellis. Et cum manducaisset
coram eis. sumens reliquias dedit eis. et dixit ad
eos. hec sunt uerba que locutus sum ad uos cum
ad huc essem uobiscum. quoniam necesse erat impleri omnia
que scripta sunt in lege moysi. et prophetis. et psalmis de
me. Tunc aperuit illis sensum. ut intelligerent scripturas.
Et dixit eis. Quomodo sic scriptum est. et sic oportebat christum

puti. ⁊ resurgere a mortuis die tertia: et predicari
in nomine eius penitentiam ⁊ remissionem peccatorum
in omnes gentes. *Stā. iiii. scdm iohem. ---*

In illo tēpore: **M**anifestauit se iterum ih̄s deplis
suis ad mare tiberiadis: manifestauit autē sic. Erat
simon simon petrus ⁊ thomas qui dicitur didimus
et iachanael qui erat a chana galilee ⁊ filii zebe
dei: et alij ex deplis eius duo. Dicit eis simon pe
trus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecū.
Et tēxerunt ⁊ ascēderunt nauem: et illa nocte nichil
prehēderunt. Mane autē iam factus erat ih̄s in litore:
non tam cognouerunt deplis quia ih̄s est. Dicit ḡ
eis ih̄s. Queri: numquid pulmentariū habetis.
Respondērunt ei. Non. Dicit eis. Mactate in dextera
nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam
non ualebant illud trahere a multitudine piscium.
Dicit ḡ deplis ille quem diligebat ih̄s petro. Dñs
est. Simon petrus cum audisset quia dñs est:
tunica succinxit se. erat enim nudus. ⁊ misit se in
mare. Alij autē deplis: nauigio uenerunt. Non enim
longe erant a tēra: s. quasi cubitis ducentis. tra
hebentes reti piscium. Ut ergo descendērunt in tēra:
inuenit piscas politas et piscem sup positum et
inuenit. Dicit eis ih̄s. Afferte de piscibus: quos pre

didistis nunc. Ascendit simon petrus: et traxit rete
in tram plenum magnis piscibus. centum quinquaginta
tribus. Et cum tanti essent: non est scissum
rete. Dicit eis ihs. Venite prandete. Et nemo audebat
discumbere cum interrogare eum tu quis es: scientes
quia dñs est. Et uenit ihs et accepit panem et dedit
eis: et piscem similiter. hoc iam tercio manifestat
est ihs deplis suis cum surrexisset a mortuis.

In illo tpe: **M**aria stabat **sta. v. Sedm iohem.**
ad monumentum foris plorans. Dum g̃ flet. in
clinauit se et respexit in monumentum: et uidit duos
anglos in albis sedentes unum ad caput et unum
ad pedes. ubi positum fuerat corpus ihu. Dicunt ei
illi. mulier. Quid ploras? Dicit eis. Quia tulit
dñm meum: et nescio ubi posuerunt eum. hoc eū
dixisset: conuersa est retrorsum et uidit ihu stan-
tem: et nesciebat quia ihs est. Dicit ei ihs. mulier.
Quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia
ortolanus esset: dicit ei. Dñe: si tu sustulisti eum:
dicens mi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit
ei ihs. maria. Conuersa illa: dicit ei. Rabboni: quod
dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli me tangere. Non
dum enim ascendi ad patrem meum. Vade nunc
ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum

et patrem uirum: et deum meum et deum uirum.

Uenit maria magdalene annuncians deplis quia

uidi dnm ⁊ hec dixit m. *Act. vj. sedm mathm.*

Hillo tpe: **V**ndecim depli abierunt in galilea: in montem ubi constituerat eis ihs. Et uidentes eum ad orauerunt: quidam aut dubitauerunt. Et accedens ihs: loquutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas: in celo ⁊ in terra. Euntes g doctes omnes gentes: baptizantes eos in nme patris ⁊ filii ⁊ sps sci. docentes eos seruare omnia quecumq; mandauit ubi. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem secli. *Satto. sedm iohem.*

Hillo tpe: **S**ona saluati maria magdalene uenit mane cum ad huc tenebre essent ad monumentum: ⁊ uidit lapidem sublatum a monumento. Uenit g ⁊ uenit ad simonem petrum ⁊ ad alium deplm quem amabat ihs: ⁊ dicit eis. Tulerunt dominum de monumento: ⁊ nescimus ubi posuerit eum. Exiit g petrus ⁊ ille alius depls: ⁊ uenerit ad monumentum. Currebant aut duo simul: et ille alius depls prouenit citius petro ⁊ uenit primus ad monumentum. Et cum se inclinaisset: uidit lineamenta posita. non tamen intouit. Uenit ergo simon petrus sequens eum: ⁊ intouit



in monumentum. Et uidit lintheamina posita. ⁊
sudarium quod fuerat sup caput eius. non cum lin-
theaminibus positum. s; separatim inuolutum in
unū locum. Tunc ⁊ introuit ille deplis qui uene-
rat primus ad monumentum. ⁊ uidit ⁊ credidit.

Non dum enim sciebat scripturam: quia oporteret

eum a mortuis resurgere. *Dea in octabas pasche.*

In illo tpe: Secūm iohem.

Iuia sabbatorum. ⁊ fores essent clausę ubi erant disci-
puli congregati ppter metum iudeorum: uenit ih̄s
⁊ stetit in medio ⁊ dicit eis. Pax ubi. Et cum hoc di-
xisset: ostendit eis manus ⁊ latus. Gauri sunt ergo
depli: uiso dño. Dicit eis itum. Pax ubi. Sicut misit
me pater: ⁊ ego mitto uos. hoc cum dixisset: in-
sufflauit ⁊ dicit eis. Accipite sp̄m sc̄m. Quorum remis-
sionis peccata remittuntur eis: ⁊ quorum retinueri-

tis retenta sunt. *Duysio.* -----

Thomas aut unus de duodecim qui dicitur didi-
mus. non erat cum eis q̄no uenit ih̄s. Dixerunt
⁊ ei alij depli. Vidimus dñm. Ille aut dicit eis. Ni-
si uidero in manibus eius fixuram clauorū. ⁊ mittā
digitum meum in locum clauorū: ⁊ mittam ma-
num meam in latus eius: non credam. Et post
dies octo. iterum erant depli eius intus ⁊ thomas

54
eum eis. Venit ih̄s ianuis clausis: et stetit in me-
dio et dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer di-
gitum tuum huc: et uide manus meas: et affer ma-
num tuam et mitte in lacus meum: et noli esse in-
credulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit
ei. Dñs meus: et deus meus. Dicit ei ih̄s. Quia
uidisti me credidisti: beati qui non uiderunt et
crediderunt. Multa quidem talia signa fecit ih̄s
in conspectu discipulorum suorum: que non sunt sep-
ta in libro hoc. hec autē scripta sunt ut credatis quia
ih̄s est xp̄s filius dei: et ut credentes uitam habea-
tis in nomine eius. *Dñica. i. post pascha. 5.*

In illo t̄p̄e. **D**ixit ih̄s discipulis suis. Ego sum *ioh̄em.*
pastor bonus. Bonus pastor: animam suam dat pro ou-
ibus suis. Mercenarius et qui non est pastor cuius
non sunt oues proprie: uidet lupum uementem et
dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit
oues. Mercenarius autē fugit quia mercenari-
us est: et non perinet ad eum de ouibus. Ego sum
pastor bonus. Et agnosco meas: et agnoscent me
mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem:
et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias
oues habeo que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet
me ad ducere et uocem meam audient. Et

Hec unum vult vultis pulch. **Dñca. ij. Scdm**
Sillo q̄. **D**ixit ihs discipulis suis. **Medici iohem.**
iam non videbitis me. et iterum medicum et morbi-
tis me. quia vado ad patrem. **Dixerunt ergo ex dis-**
cipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit
ut medicum et non videbitis me. et iterum medicum
et videbitis me. et quia vado ad patrem. Dicebant
ergo. Quid est hoc quod dicit medicum. Desimus
quid loquitur. Cognouit ergo ihs quia volebant
eum interrogare. et dixit eis. De hoc queritis inter-
uos. quia dixi medicum et non videbitis me. et iter-
um medicum et videbitis me. Amen amen dico
uobis. quia plorabitis et flebitis uos. mundus autem
gaudebit. Vos autem contristabimini. et tristitia ue-
stra uentura in gaudium. Mulier cum parit tris-
ticiam habet. quia uenit hora eius. Cum autem
pepererit puerum. iam non meminit prellere
propter gaudium. quia natus est homo in mundum.

et uos igitur. nunc quidem tristitiam habetis.

Iterum autem uidebo uos. et gaudebit cor uestrum. Et
gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Dñca. iij.

Sillo t̄p̄. **D**ixit ihs discipulis **Scdm iohem.**
suis. vado ad eum qui me misit. et nemo ex uobis
interrogat me quo uadis. Sed quia hoc loquitus

sum ubi: tristitia implebit cor uestrum. Et ego ue-
 ritatem dico ubi: exspectat ubi ut ego uadam. Si enim
 habere: paraclitis non ueniet ad uos. Si autem habi-
 erit: mittam eum ad uos. Et cum uenerit: ille an-
 nunciet uobis de patre et de ueritate et de iudicio.
 De patre quidem: quia non crediderunt in me. De
 ueritate uero: quia ad patrem uado. Nam non
 uidebitis me. De iudicio autem: quia princeps mun-
 di huius iudicatus est. Ad huc multa habeo uobis
 dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem
 uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos omnem ue-
 ritatem. Non enim loquetur a se ipso: sed que
 eumque audierit loquetur: et que uentura sunt an-
 nunciabit uobis. Ille me clarificabit: quia de moy-
 se accipiet et annuntiabit uobis. **Domica. viii. p. pasch.**
In illo tempore. Dixit ihesus de patre suo iohanne.
filius. Amen amen dico uobis: si quis petierit patrem
in nomine meo dabit uobis. Et si modo non petistis
quicquam in nomine meo. Petite et accipietis:
ut gaudium uestrum sit plenum. Hoc in pro uerbis
loquutus sum uobis. Sicut hora cum iam non in
pro uerbis loquar uobis: sed palam de patre annun-
ciabo uobis. Illo die: in nomine meo petetis. Et non
dico uobis: quia ego rogabo patrem meum de uobis.

I p̄se enim pater amat uos: quia uos me amastis
et credidistis quia a deo exui. Exui a patre:
et ueni in mundum. Iterum relinquo mundum:
et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius.

Eccē nūc palam loqueris: et pro uerbum mil-
lum dicis. Hunc scimus quia scis omnia: et
non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc

I credimus quia a deo existi. *In diebus rogationū.*

Et illo t̄p̄e. **D**ixit ihesus *Secūm lucam.*

discipulis suis. Quis uestrum habebit amicum
et ibit ad illum media nocte et dicet illi amice
commoda michi tres panes quoniam amicus meus
uenit de uia ad me et non habes quod ponam

ante illum et ille deintus respondens dicat.
noli michi molestus esse. cum hostium clausum
est et pueri mei mecum sunt me uili non po-
ssum surgere et dare tibi. Et ille si p̄ueniaue-
rit pulsans dico ubi. et si non dabit illi es quod
amicus eius sit: propter improbitatem tamē
eius surget. et dabit illi quot quot habet nece-
ssarios. Ut ego ubi dico. Et ecce: et dabitur uobis.

Uerite: et inuenietis. Pulsate: et aperietur uo-
bis. Omnis enim qui petit accipit: et qui
querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autē

ex uobis patrem petit panem. Numquid lapidem
dabit illi. Aut piscem. Numquid pro pisce serpe
tem dabit illi. Aut si perierit ouum. numquid
porriget ei scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali
uobis bona data dare filiis uiris. quantomagis
pater noster de celo dabit spiritum bonum petenti
bus se.

In uigilia ascensionis dñi. 9. iohem.

Subleuatis ihesus oculis in celum.
dixit. Pater. uenit hora. clarifica filium tuum
ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei po
testatem omnis carnis. ut omne quod dedisti
ei det eis uitam eternam. hec est autem uita
eterna. ut cognoscant te solum uerum deum
et quem misisti ihesum xpistum. Ego te cla
rificauit super terram. opus consummaui quod
dedisti michi ut faciam. Et nunc clarifica me tu
pater apud te mecum ipsum. claritate quam habui
priusquam mundus esset apud te. Manifestaui
nomen tuum hominibus. quos dedisti michi
de mundo. Cui erant michi eos dedisti. et ser
monem tuum seruauerunt. Hunc cognouerunt
quia omnia que dedisti michi abste sunt. quia
uerba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi accepe
runt. et cognouerunt uere quia ate erui. et

crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo.
Non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti michi
quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt. Et tua
mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et iam non
sum in mundo: et hi in mundo sunt. Ego ad
te venio. *In die ascensionis dñi. s. marchii.*

In illo tpe. **R**ecumbentibus undecim disci-
pulis: apparuit illis ihesus et exprobrauit incre-
dultatem illorum et duriciam cordis. quia
his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt.
Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum:
predicant euuangelium omni creature. Qui cre-
diderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui
uero non crediderit: condemnabitur. Signa autem
eos qui crediderunt: hec sequentur. In nomine
meo demonia eicient: linguas loquentur nouas
serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint:
non eos nocebit. Super egros manus imponet:
et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus
postquam loquutus est eis. assumptus est in ce-
lum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti
predicauerunt ubique: domino eo operante et
sermonem confirmante sequentibus signis.

Dñica infra octabas. ascensionis. scdm iohem.

Dixit ih̄c discipulis suis. *In illo tempore.* Sum uenit paraclitus quē ego mit-
tam uob a patre. sp̄m ueritatis qui a patre
procedit: ille testimoniū p̄bebit de me. Et
uos testimoniū p̄hibebitis: quia ab inicio
mecū estis. hec locutus sum uobis: ut nō
scandalizemini. Absq; sinagogis facient iūs.
S; uenit hora: ut om̄s qui interficit uos ar-
bitretur obsequium se p̄are deo. Et facient uob:
quia non nouerunt patre neq; me. S; hec lo-
cutus sum uobis: ut cum uenit hora eorū
remiſcāmini q̄a ego dixi uob. *In oct̄ ascen-*

sionis. scdm lucam. In illo tempore.

Dixit ih̄s discipulis suis. Hec sunt uerba
que locutus sum ad uos cū ad hūc es-
sem uobiscū: qm̄ necesse est impleri omnia qū
sc̄pta sunt in lege moysi. et p̄phis et psalmis d̄ me.
Tunc ap̄uit illis sensum: ut intelligēt sc̄pt̄as.
Et dix̄ eis. Qm̄ sic sc̄ptū est. et sic oportebat x̄i
pati et resurgē a mortuis die tertia. et p̄dicari
in nōie eius penitenciam et remissionē p̄ccorū
in om̄s gentes. incipientib; ab iher̄sima. Vos
aut̄ estis testes horū. Et ego mitto p̄missum pa-

tris in uos. Vos autem sedete in ciuitate. quoad usque induamini in uirtute ex alto. Et dixit autem eos foras in bethaniam. et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis. et ferebat in celum. Et ipsi aduantes regressi sunt in iherosolimam cum gaudio magno. et erant semper in templo laudantes et benedicentes dominum. *saluatio in uigilia petre costes. S. iohannem*

Quoniam dixit ihesus discipulis *In illo tempore.* si diligitis me. mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem. et alium paraclitum dabit uobis ut maneat uobiscum in eternum spiritu ueritatis. quem mundus non potest accipere. quia non uidit eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum. quia apud uos manebit et in uobis erit. Non relinquam uos orphanos. ueniam ad uos. Ad hunc modicum. et mundus me iam non uidet. Vos autem uidetis me. quia ego uiuo et uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quia ego in patre meo. et uos in me. et ego in uobis. Qui habet mandata mea et seruat ea. ille est qui diligit me. Qui autem diligit me. diliget a patre meo. Et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum. *In die pentecostes secundum iohannem. In illo tempore.*

Dixit ih̄s discipulis suis. Siquis diligit me. sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum. et ad eum ueniemus et mansione apud eum faciemus. Qui non diligit me. sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus. sed eius qui misit me patris. hec locutus sum uobis. apud uos manens. Paracletus autem sp̄s sc̄us quem mittet pater in nomine meo. ille uos docebit omnia et suggeret uobis omnia quecumque dixerit uobis. Pacem relinquo uobis. pacem manum do uobis. Non mundo dat. ego do uobis. Non turbet cor uestrum. neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis. uado et uenio ad uos. Si diligeritis me gauderetis utique quia uado ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat. ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius. et in me non habet quequam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. et sic mandatum dedit michi pater sic facio. *fr̄a. ij. s̄*

Dixit ih̄s discipulis suis. Sic deus dilexit ioh̄em. mundum. ut filium suum unigenitum. **I**n illo daret. ut omnis qui credit in ipso non *tempore* pereat. sed habeat uitam eternam. Non enim misit



deus filium suum in mundum ut iudicet mundum:
sed ut saluificet mundum per ipsum. Qui credit in
eum: non iudicatur. Qui autem non credit iam
iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti
filii dei. Hoc est autem iudicium: quia lux
uenerit in mundum, et dilexerunt homines,
magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum
mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem:
ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem
uenit ad lucem: ut manifestet opera eius
quia in deo sunt facta. *Ex. iii. secundum iohannem.*

Dixit ihesus discipulis *In illo tempore:*
suis. Amen amen dico uobis: qui non intrat
per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde,
ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium,
pastor est ouium. Huius hostiarius aperit, et oues
uocem eius audiunt. Et ipse oues uocat nomine
natum, et educit eas. Et cum ipse oues emisit
ante eas uadit, et oues illum sequuntur quia
fugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alieno-
rum. Hoc prouerbum dixit eis ihesus: illi autem
non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo
eis inquit ihesus. Amen amen dico uobis: quia ego sum
hostium. Omnes quot quot uenerunt fures sunt

no uenit ad
lucem.

nt uocem ei.
nu autem non
untur sed

et latrones. s; non audierunt eos oues. Ego sum
 hostium. **P**ro me si quis introierit saluabitur.
 et in gredietur et egredietur et pascua inueniet.
 fur non uenit nisi ut furetur. et mactet et p
 dat. Ego ueni ut uitam habeant et habundan
 eius habeant. *frā. iiii. scdm iohem.*

Quirit ihs turbis iudeoz. Nemo potest *lo tpr.*
 uenire ad me. nisi pater qui misit me tra
 xerit eum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo
 die. Est scriptum in pphis. erunt omnes docibiles
 dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit. uenit ad
 me. Non quia patrem uidit quisquam. nisi his qui
 est a deo. hic uidit patrem. Amen amen dico uobi.
 qui credit in me hnt uitam etnam. Ego sum panis
 uite. Patres ur̄i manducauerunt manna in deserto.
 et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens. ut
 si quis eripso manducauerit non moriat. Ego sum pa
 nis uiuus. qui de celo descendi. Si quis manducauerit
 ex hoc pane. uiuet in etnum. Et panis quem ego
 dabo caro ma est pmundi uitam. *frā. v. scdm*

Conuocatis ihs duodecim *lucham.* **I**n illo tpr.
 aplis. dedit illis uirtutem et potestatem sup
 omnia demonia. et ut languozes curarent. Et
 misit illos pdicare regnum di. et sanare i firmo.

Et ait ad illos. Nichil tuleritis in uia. neq; uirga. neq; peram. neq; panem. neq; pecunia. neq; duas tunicas habeatis. Et inquamcumq; domum intraueritis. ibi manete. et inde ne exeatis. Et quicumq; non receperit uos. exeuntes de ciuitate illa. etiam puluerem pedum uestrorum excute in testimonium super illos. Egressi autem circuibant perastella euuangelizantes et curantes ubiq; ; *frā. vi. scdm*

Factum est in una dierum. *lucham.* **I**n illo et ih̄s sedebat docens. Et erant pharisei *tp̄.* sedentes. et legis doctores. qui ueniant ex omni castello galilee. et iudye et iherosolym. et uisus erat diu ad sanandum eos. Et ecce uir portans in lecto hominem qui erat paralyticus. et querebant eum in ferre. et ponere ante eum. Et non inuenientes quomodo inferre per turba. ascenderunt super tectum. et per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante ih̄m. Quorum fidem ut uidit. dixit. Homo. remittunt tibi peccata tua. Et apunt cogitare se bene et pharisei. dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata. nisi solus deus? Ut cognouit autem ih̄s cogitationes eorum. respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius dicere dimitunt tibi peccata. an

dicere surge et ambula. Ut autē sciatis quia filius
 hominis potestatem h̄t in terrā dimitte peccata.
 ait paralitico. Tibi dico surge et tolle lectū tuum et
 uade in domū tuam. Et confestim surgens coram illi
 tulit lectū in quo iacebat et abiit in domū suā
 magnificans dñm. Et stupor apprehēdit om̄s et
 magnificabant dñm. Et repleti sūt timore dicen-
 tes. quia uidimus mirabilia hodie.

*Saluo. s. lu
 cham. In illo tpe.*

Surgens ih̄s de sinagoga. Intrauit in domum simonis. Socrus autem
 simonis tenebat magnis febribus. Et rogauer
 illum pro ea. Et stans sup illam impauit febr.
 et dimisit illam. Et continuo surgens. ministra-
 bat illis. Cum sol autem occidisset. om̄s qui habe-
 bant infirmos uarijs languoribz. ducebant illos ad
 eum. At ille singulis manus imponēs. curabat
 eos. Exiebant autē demonia a multis clamantia
 et dicencia. quia tu es filius dī. Et increpans nō
 sinebat ea loqui. quia sciebāt ip̄m esse xp̄m. fac-
 ta autem die egressi ibāt in desertū locum. et tur-
 be requirebant eum. Et uenerunt usqz ad ip̄m.
 et detinebant illm ne discedet ab eis. Quibus ille
 ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euuliza-
 re regnum dī. quia ideo missus sum. Et erat pre-

dicans in sinagogis galilee. *De. p̄ma p̄ pente.*
*Q*um uenit paraclitus. quem ego. *De. ij. p̄*
pente costen. sed lucā. In illo tempore.

Quit ih̄s discipulis suis. homo quidā erit
diues. et induebatur purpura et bisso. et
epulabatur cotidie splendide. Et erat quidā
mendicūs nomine lazarus. qui iacebat ad
ianuam eius ulceribus. ^{pleno}cupiens saturari de
mucis que cadebant d̄ mensa diuitis. et nemo
illi dabat. S; et canēs ueniebant. et lungebāt
ulcera eius. factum est autē ut moreretur m
endicūs. et portaretur ab angelis in sinu abra
he. Mortuus est autē et diues. et sepultus est
in infernū. Eleuans autē oculos suos cum esset
iutor̄ntis. uidit abraham a longe. et lazarium
in sinu eius. Et ip̄e clamans dixit. Pater abra
ham miserere mei. et mitte lazarium ut int̄
guat extremū digiti sui ī aqua. ut refrigeret
linguam m̄am quia crucior in hac flamma.
Et dixit illi abraham. fili. recordare quia re
cepisti bonā in uita tua. et lazarus similiter
mala. Nunc autē hic consolat̄. tu uero cru
ciaris. Et in his omnib; int̄ nos et uos. cha
os magnū firmatum est. ut hi qui uolūt

61
hunc transire. ad uos non possunt. neq; iude h
ue transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater. ut
mittas eum in domū patris mei. habeo enim qn
q; fratres. ut testet̄ illis ne et ipsi ueniant in
locum hunc tormentorū. Et ait illi abraham.
habent̄ moysen et p̄phas. audiant illos. At
ille dix̄. Non pater abraham. sed si quis ex mor
tuis uerit ad eos penitentiam agent. Ait aut̄
illi. Si moysen et p̄phas non audiunt. neq; si
quis ex mortuis resurrexerit credent. ; *De. iij.*
sedm lueham. In illo tempore.

Quit̄ ih̄s discipulis suis. similitudinem hanc.
Homo quidam fecit cenam magnam. et
uocauit multos. Et misit seruum suū hora cen
dix̄e inuitatis ut uenirent. quia iam parata
sunt omnia. Et cepunt simul om̄s excusare. Pri
mus dixit illi. Villam enim. et necesse habeo
exire et uide illam. Rogo te. habe me excusa
tum. Et alter. dixit. Iugua bouum enim qnq;
et eo p̄bare illa. Rogo te. habe me excusatum.
Et alius dix̄. S̄xorem duxi. et ideo non possum
uenire. Et reuersus seruus. nunciauit hec
dño suo. Tunc iratus pater familias. dix̄ ser
uo suo. Exi cito in plateas ^{et} uicos ciuitatis.

et paupes ac debiles. cecos et claudos introduc
huc. Et ait seruus. Dñe. factum est ut impac
ti. et ad huc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in
uias sepēs et compelle intrare. ut compleat̃ do
mus mea. Dico autem uobis. quod nemo uir
rum illorum qui uocati sunt gustabit cenam
meam. *De. iij. scdm lueham.* **I**n illo
Accesserunt ad ihm publicañ et *tempore.*
peccatores. ut audirent illum. Et murmu
rabant pharisei et scribe dicentes. quia hic pec
catores recipit et manducat cum illis. Et ait ad
illos parabolam istam dicens. Quis ex uobis ho
mo qui habet centum oues. Et si pdiderit unā
et illis. nonne dimittit nonaginta nouem inde
serto. et uadit ad illam que perierat donec inue
niet illam. Et cum inuenerit eam. imponit in
humeros suos gaudens. Et ueniens domū. con
uocat amicos et uicinos dicens illis. Congratula
mini michi. quia inueni ouem mām que perierat.
 filium aut filiam super me: non est me dignus.
 Et qui non accipit crucem suam et sequitur
 me: non est me dignus. Qui inuenit animam
 suam: perdet illam. Et qui periderit animam
 suam propter me: inueniet eam. Qui recipit
 uos: me recipit. Et qui me recipit: recipit



eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine
prophete et mercedem prophete accipiet. Qui reci-
pit iustum in nomine iusti et mercedem iusti
accipiet. Et quicumque potum dederit uni
ex minimis istis calicem aque frigide tan-
tum in nomine discipuli. amen dico vobis non
perdet mercedem suam. *Ad missam maiorem.*

¶ Ipsi granum frumenti. *Oratio.* in unius mris.

Tiburcy mris. Siquis vult post me. *Oratio.* in
unius mris. *Sypolti mris.* Attendite afermo

Oratio in plurimorum mris. *In vigilia assumptionis sancte
marie. secundum lucam.* *In illo tempore.*

Loquentem ihesu ad turbas. et tollens vocem
quedam mulier de turba dixit illi. Beatus ve-
ter qui te portavit. et ubra que suxisti. At
ille dixit. Quin immo. Beati qui audiunt
verbum dei et custodiunt illud. *In die*

secundum lucam. *In illo tempore.*

Atrauit ihesus in quoddam castellum. et mu-
lier quedam martha nomine. excepit illum
in domum suam. Et huic erat sorori nomine
maria. que etiam sedens secus pedes domy-
ni audiebat verbum illius. Martha autem.
sathagebat cura frequens ministrum. Que

83
stetit et ait. Domine. non est tibi cure qd
soror mea reliqo me solam ministrare? Sic
ergo illi. ut me ad iuuat. Et respondens
dixit illi dñs. Martha. martha. sollicita
es. et turbaris erga plima. Porro. unū est
necessarium. Maria optimam partem ele
git. que non auferetur ab ea. *Hoc euāglin
poeto dies repetatur. et in oct. simili.*

*sco bernardo. Dixit simon petrus. Qre.
in unius conf. Bartholomei apli. salm luchā.*

Facta est contentio inter *In illo tempore.*
discipulos. quis eorū uideret se maior. Di
xit autem eis ihs. Reges gentium dñantur
eorum. et qui potestatem habent sup eos
benefici uocant. Sed qui maior est in uob.
fiat sic uunior. Et qui p̄cessor est. sic mi
nistrator. Nam qui maior est qui recūbit an
qui ministrat? Nonne qui recūbit? Ego
autē in medio ur̄m sum. sic ministrat. qui.
Vos autem estis. qui p̄mansistis meū in temp
tacionibus m̄is. Et ego dispono ubi sic dispo
sunt in pater meus regnum. ut edatis et bi
batis sup mensam meam in regno meo. et
sedeatis sup thonos iudicantes duodecim

tribus isrl. *Augustini epi. Vigilate quia
nescitis. Ore. in unius conf. Decollatio sci
iohis lbe. s. marchm. In illo tempore.*

Misit herodes rex ac tenuit iohem et un-
xit eum in carcerem. ppter herodiadem
uxorem philippi fr̄is sui quia duxerat eam.
Dicebat enim iohes herodi. Non licet tibi
habere uxorem fr̄is tui. Herodias autem i-
sidiabatur illi. et uolebat occidere nec pote-
rat. Herodes enim metuebat iohem. sciens
eum uirum iustum et sc̄m. et custodiebat
eum. Et audito eo multa faciebat. et libent̄
eum audiebat. Et cum dies oportunus accidis-
set. herodis natalis sui cenam fecit p̄ncipibz
et tribunis et p̄mis galilee. Cumq; introisset
filia ipsius herodiadis. et saltasset et placuisset
herodi simulq; recumbentibus. rex ait puella.
Pet̄e am̄e quod uis. et dabo tibi. licet dimidiū
regni mei. Qūe cum exisset. dixit matri sue.
Quid petam? Et illa dixit. Capud iohis bap-
tiste. Cumq; introisset statim cum festinatione
ad regem. petiuit dicens. Uolo. ut p̄tinus des
michi in disco capud iohis baptiste. Et con-
tristatus est rex ppter iurandū. et ppter simū

recumbentes . noluit eam contristari sed misso
 spiculatione precepit afferri capud eius in dis-
 cho. Et decollavit eum in carcere . et attulit
 caput eius in discho . et dedit illud puella.
 Et puella . dedit matri sue . Quo audito dis-
 cipuli eius . uenerunt et tulerunt corpus eius .
 et posuerunt illud in monumento. **Sabine uir-**
ginis . Simile est regnum celoz thesauru. **Q-**
re . in ntle uirginum . felix et ad aucti .

Nichil optum quod non. **Qre . in plimoz mge .**
Egidij ablati . Dixit simon petrus . **Qre in**
unius confe . **H ntle s q .** **Initū s eugly . s . mthm**
Libz generationis . **Qre . in natuitate dñi . Gorgo-**
ny . **Siquis uult post .** **Qre in unius mrm .**
Pi et iacuti . sedm math . **I y illo tempore .**

Dixit ihs discipulis suis . cum psequerent uos
 inciuitate ista . fugite in aliam . Amen dico
 uobis . non consumabitis ciuitates isrl . donec
 ueniat filius hominis . Non est discipuls super
 magister . nec seruus sup dñm suum . Sufficit
 discipulo ut sit sicut magister eius . et seruus
 sicut dominus eius . Si patrem familias beel-
 zebub uocauerunt quantomagis domesticos
 eius . Ne ergo timueritis eos . Nichil em optu

quod non reuelabitur: et occultum quod non
scietur. Quod dico uobis in tenebris dicite in
lumine: et quod in aure auditis predicare super
tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus:
animam autem non possunt occidere. Sed potius
eum timete: qui potest animam et corpus per-
dere in gehennam. Nonne duo passeret asse ue-
neunt et unus ex illis non cadet super terram si-
ne patre uostro? Huius autem et capilli capiti: omnes
numerati sunt. Nolite ergo timere: multis pas-
seribus meliores estis uos. Dominus ergo qui con-
fitebitur me coram hominibus: confitebor et
ego eum coram patre meo, qui est in celis.

Exaltatio s^ce crucis, scdm iohem. In illo

Quirit ih̄s turbis iudeorum. **tempore:**
Nunc iudicium est mundi: nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Et ego si exal-
tatus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum.
Hoc autem dicebat: significans qua morte esset
mortuus. Respondit ei turba. Nos audiuimus
ex lege: quia x̄ps manet in eternum. Et
quomodo tu dicis oportet exaltari filium ho-
minis? Quis est iste filius hominis? Dicit
ergo eis ih̄s. Ad huc modicum lumen in uobis

85
est. Ambulate dum lucem habetis. ut non
tenebre uos comprehendant. Et quiambu-
lat in tenebris. nescit quo uadat. Dum lu-
cem habetis credite in lucem. ut filij lucis
sitis.

Eodem die cornelij et ciprianj. scdm

Dicebat ih̄s turbis *lucham.* **I**n illo t̄p̄e
iudeor̄. et p̄ncipibus sacerdotū. Ye ub̄
qui edificatis monumenta p̄pharum. patres
autem ur̄i occiderunt illos. Profecto testifica-
mini quod consentitis opib̄us patrum ur̄or̄.
qm̄ quidem ip̄i occiderunt eos uos autem edi-
ficatis eorum sepulcra. Propterea et sapien-
cia dei dixit. Mittam ad illos p̄phas et ap̄los.
et ex illis occident et p̄sequentur. ut in quira-
tur sanguis omnium p̄pharum. qui efusus est
a constitutione mundi. a generatione ista. a san-
guine abel iusti usq; ad sanguinem zacharie q̄
perijt in ter altate et edem. Ita dico uobis. re-
quiretur ab hac generac̄one. **U**t uobis legis
p̄tis quia tulistis clauem scientie. et ip̄e non
in troistis. et eos qui introibant p̄hibuistis. **S**ū
h̄c ad illos diceret. cepunt pharisei et legis p̄-
ti grauter insistere. et os eius opprimere de m-
ultis insidiantes ei. Et querentes cape aliquo

ex ore eius, ut accusarent eum. **Sicomedis**
ix. Siquis uult post me sequi. **Q**ue in unius
uiris. **Sufemie uiginis - i mri.** Simile est regnu
celorum decem u. **Q**ue in unius uir. **In uigilia**

Sci mathaei apli. **scdm lueham.** **I**n illo tpe.
Quidit ihs publicanum nomine leui sedentem
ad teloneum. et ait illi. Sequere me. Et re
licis omnibus. surgens sequutus est eum. Et
fecit ei conuiuium magnum leui. in domo sua.
Et erat turba multa publicanoy. et aliorum
qui cum illis erant discumbentes. Et murmu
rabant pharisei et scribe eorum. dicentes ad dis
cipulos eius. Quare cum publicanis et pecca
toribus manducatis et bibatis? Et respondens
ihs. dixit ad illos. Non egent qui sani sunt me
dico. sed qui male habent. Non enim ueni uoca
re iustos. sed peccatores in penitenciam.

In
Qum trans die s. mathm. **I**n illo tempore.
sitet ihs. uidit hominem sedentem in thelo
neo mathm nomine. et ait illi. Sequere me.
Et surgens. sequutus est eum. Et factu est dis
cumbente eo in domo. ecce multi publicani et
peccatores uenientes discumbebant cum ihu.
et discipulis eius. Et uidentes pharisei. dice

bant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magist' ur'. At' ih's audiens ait. Non opus ualentibus medicus. Sed male hntibus. Eunt' autem - discite quid est medicam uolo et non sacrificium. Non enim uocare iustos - sed peccatores.

Mauricij cu socijs suis.

Q're in plurimoz m'um. Cele uiginis. Simile est regnum celoz decem. Q're. in ntle uigi. Sofine et damiani.

Hic' nihil optum qd' no. Quere in plurimoz m'um. Sca' michaelis archag'li. S' math'

Accesserunt discipuli ad ihm *¶ In illo tempore.* Adicentes. Quis putas maior est in regno celoz? Et aduocans ih's paruulum. statuit eum in medio eoz et dixit. Amen dico uobis. nisi conuersi fueritis. et efficiamini sic paruuli. non int'abitis in regnu' celozum. Quicumq; ergo humiliauerit se sic paruulus iste - hic e' maior in regno celozum. Et qui suscepit unu' paruulum talem in nomine meo - me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt - expedit ei ut suspendat' mola asinaria in collo eius et de mergat' in pfundum maris. De mundo abscondalis. Nece'sse est enim.

ut ueniant scandala. Verumptamen: ue homini
illi p quem scandalum uenit. Si autē manus
tua ul pes tuus scandalizat te: abscide eum et
pice abste. Bonum tibi est ad uitam ingredi de
bilem uel claudum: quam duas manus uel
duos pedes habentem mitti in ignem etnum.
Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum et
pice abste. Bonum tibi est unum oculum ha
bentem in uitam intrare: quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis. Videte: ne
contempnatis unum ex his pusillis. Dico enī
uobis: quia angli eoz in celis. semp uident fa
ciem patris mei qui in celis est. *Jeromim.*

pbri. Dixit simon petrus. *Qre.* in unius conf.

Remigij epi et confte. Homo quidam pgre.

Qre in unius confte. *machii pape.* - Homo q

dam nobilis. *Qre.* in nle sēi stephny. *Dionisiū*

cū foris suis. S mathm. *In illo tempore:*

Respondens ihs: dixit. Confiteor tibi pater
domine celi et tē quia absconditi hec a sapi
entibus et prudentibus: et reuelasti ea paru
lus. Ita pater: qm sic fuit placitum ante te. Om
nia in tradita sunt apatre meo. Et nemo nouit
filium nisi pater: neq; patrem quis nisi filius

87
nouit. et cui uolueritis filius reuelare. Venite ad
me omnes qui laboratis et hauerati estis. et ego
reficiam uos. Tollite iugum meum super uos.
et discite a me quia mitis sum et humilis cor-
de. et in ueneritis regem animabus uestris. Ju-
gum enim meum suauiter est. et onus meum
leue. *Lucas euangeliste. S. lueham. In illo te-*

De signauit dominus et alios septuaginta *portas.*
duos discipulos. et misit illos binos an-
te faciem suam. in omnem ciuitatem et locum.
quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Mes-
sis quidem multa. operarij autem pauci. Roga-
te ergo dominum messis. ut mittat operarios in mes-
sem suam. Ite. Ecce ego mitto uos. sic agnos-
cite uos. Nolite ergo portare sacculum. neque
peram neque calceamenta. et neminem per uiam salu-
tatis. In quacumque domum intraueritis. pri-
mu[m] dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius
pacis. requiescat super uiam pax uestra. Sin autem
ad uos reuertetur. In eadem autem domo mane-
rete. edentes et bibentes que apud illos sunt.
Dignus est enim operarius mercede sua. *vglia*
apolorum simonis et iude. Ego sum uitis
uera. Qrite. in ule apolorum. In die sedm.

Mathim. **I**n illo tempore

misit duodecim discipulos suos. precipiens eis
et dicens. In uiam gentium ne abieritis. et
in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. sed
potius ite ad oues que perierunt domus israel. Sun-
tes autem predicare dicentes. quia appropiqua-
bit regnum celorum. Infirmos curate. et mortuos
suscitate. Leprosos mundaite. et demones eicite.
Gratis accepistis gratis date. **Vigilia omnium**

sanctorum. Amen amen dico uobis quia plorabitis. **Orate**
in plurimorum matrem. **In die ad missam maiorem.**

Uidentes turbas ihesus. **Orate.** in plurimorum matrem.

Malachie. Sunt lumbi uestri. **Orate.** in unius
conf. **Quatuor orationum** um audieritis plura.

Orate. in plurimorum matrem. **Leodou matris.** **S**i quis
uenit ad me. **Orate.** in unius matris. **Martini epi**

Sunt lumbi uestri. **Orate.** in unius conf. **Secunde u.** **S**i
mule est regnum celorum decem. **Orate** in nre uirginu

Clementis pape et matrem. **H**omo quidam pe-
gre. **Orate** in unius matris. **Catharine uirg.** **S**im-
le est regnum celorum decem. **Orate** in nre uirg. **Vigil**

Stabat **sancti andree s. iohannis.** **I**n illo tempore.
Siohannes. et ex discipulis eius duo. Et respici-
ens ihesum ambulans. dixit. ecce agnus dei.

Et audierunt enim duo discipuli loquentem. et
 sequuti sunt ihm. Conuersus autem ihs. et uidens
 eos sequentes se. dicit eis. Quid queritis? Qui
 dixerunt ei. Rabbi. quod dicitur interpretatum
 magister. Ubi habitas? Dicit eis. Venite et ui-
 dete. Venerunt et uiderunt ubi parentes. et
 apud eum manserunt die illo. Hora autem erat
 quasi decima. Erat autem andreas frater simonis
 petri. unus ex duobus qui audierant a iohanne. et
 sequuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem
 suum simonem. et dicit ei. Inuenimus messiam.
 quod est interpretatum xps. Et aduocauit eum ad
 ihm. Intuitus autem eum ihs. dixit. Tu es si-
 mon filius iohanna. tu uocaberis cephias. quod
 interpretatur petrus. In crastinum uoluit exire in gali-
 leam. et inuenit philippum. Et dicit ei ihs. Se-
 quere me. Erat autem philippus abethsaida ciui-
 tate andree et petri. Inuenit philippus nathana-
 el. et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et pro-
 pheta. inuenimus ihm filium ioseph anazareth.
 Et dicit ei nathanael. Anazareth potest aliquo
 bono esse? Dicit ei philippus. Veni et uide. Vidit
 ihs nathanael uenientem ad se. et dicit de
 eo. Ecce uere israelita. in quo dolus non est. Dicit

manserunt

ei nathanael. Unde me nosti? Respondit ih̄s. et
dixit ei. Præusquam te philippus uocaret cum
esses sub ficu. uidi te. Respondit ei nathanael.
et ait. Rabbi. tu es filius dei. tu es rex isrl̄.
Respondit ih̄s. et dixit ei. Quia dixi tibi uidi
te sub ficu credis. manus his uidebitis. Et di-
xit ei. Amen amen dico uobis. uidebitis celum
apertum. et angelos dei ascendentes et descendentes
supra filium hominis. *In die sc̄dm math̄.*

*A*mbulans ih̄s *In illo tempore.*
iuxta mare galilee. uidit duos fr̄es. simo-
nem qui uocatur petrus. et andream fr̄em eius.
mittentes rete in mare. Erant enim piscatores.
Et ait illis. Venite post me. et faciam uos fie-
ri piscatores hominum. At illi continuo relictis
retibus. sequuti sunt eum. Et procedens inde.
uidit alios duos fratres. iacobum zebedei et
ioh̄em fr̄em eius in nauy cum zebedeo patre eor̄.
reficientes retina sua. Et uocauit eos. Qui autem sta-
tim relictis retibus. et patre sequuti sunt eum.
*Nicholai epi et confesso. S*unt lumbr̄i ur̄.
*Or̄e. in unius conf. In octabas s̄ andree. A*mbu-
lans ih̄s. *Or̄e. in die. Damasi pape. H*omo
quidam nobilis. *R. or̄. in sc̄i stph̄ni. pape. sc̄e*

uicre uirg. Simile est regnum celoz tesauru
abscondito. *Uere. in nre uiguum.* *Thome apli*

Thomas *scdm iohem.* *In illo tempore.*
unus de duodecim qui dicitur didimus.
non erat cum eis quando uenit ih̄s. Dixer̄
ergo ei alii discipuli. Vidimus dñm. Ille aut̄
dixit eis. Nisi uidero in manibus eius firu-
ram clauoz. ⁊ mittam digitum meum in locū
clauozum. et mittā manū meā in latus eius.
non credam. Et̄ post dies octo. itum erant
discipuli eius intus et thomas cum eis. Ne-
nit ih̄s ianuis clausis. et stetit in medio ⁊
dixit. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer
digitum tuum huc ⁊ uide manus meas et
affer manum tuam et mitte in latus meū.
et noli ēē incredulus. sed fidelis. Respondit
thomas. et dixit ei. Dñs n̄s. et d̄s meus.
Dixit ei ih̄s. Quia uidisti me credidisti. beati
qui non uiderunt et crediderunt. *In nre aplō-*
rum plimozum. scdm iohem. *In illo*

Dixit ih̄s discipulis suis. *Hoc est tempore.*
preceptū meum ut diligatis in uicem.
sic dilexi uos. Maiorem hanc dilectionem ne-
mo habet. ut animā suam q̄s ponat p̄am

cis suis. Vos amici mei estis. si feceritis que ego
precipio uobis. Jam non dicam uos seruos. quia
seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos. quia omnia quecumque audiuimus a pa-
tre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis.
sed ego elegi uos. et posui uos ut eatis et fruc-
tum afferatis et fructus uester maneat. ut
quodcumque precieritis patrem in nomine meo
det uobis. *Alia secundum iohannem.* **I**n illo tem-

Quit ihs discipulis suis. Ego sum *uera*.
uitis uera. et pater meus agricola est. Dim-
nem palmitem in me non ferentem fructum tol-
let eum. et omnem qui fert fructum. purgabit eum
ut fructum plus afferam. Jam uos mundi estis.
propter sermonem quem locutus sum uobis. Ma-
nete in me. et ego in uobis. Sic palmes non
potest ferre fructum a semet ipso. nisi manserit in
uite. sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum
uitis. et uos palmites. Qui manet in me et ego
in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nichil
potestis facere. Si quis in me non manserit. mittetur
foras sic palmes et arefcet. et colligent eum et in
igne mittent et ardet. Si manseritis in me et
uerba mea in uobis manserint. quodcumque uolue-

90
ritis petetis ~~hoc~~ et fiet uobis. In hoc clarificatus
est pater meus - ut fructum plimum afferatis et effi-
ciamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater - et ego
dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta
mea seruaaueritis manebitis in dilectione mea. sic
et ego patris mei precepta seruaui. et maneo in eius
dilectione. Hec locutus sum uobis - ut gaudium
meum in uobis sit. et gaudium uerum impleat.

Dixit ihesus *Alia. secundum iohannem.* **In illo tem-**
discipulis suis. Hec mando uobis ~~post~~ -
ut diligatis in uicem. Si mundus uos odit -
scitote quia me postremum uobis odio habuit. Si de
mundo fuissetis - mundus quod suum erat di-
ligeret. Quia uero de mundo non estis. sed ego
elegi uos de mundo - propterea odit uos mundus.
Memento sermones mei que ego dixi uobis - non
est seruus maior domino suo. Si me persequuntur -
et uos persequentur. Si sermonem meum seruaauerit -
et uerum seruaauerit. Sed hec omnia faciet uobis
propter nomen meum. quia nesciunt eum qui
me misit. Si non uenissem et locutus fuisset
eis - peccatum non haberent. Hunc autem - excusa-
cionem non habent de peccato suo. Qui me odit -
et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis.

que nemo alius fecit: patrem non haberent. Si uero
autem et uiderunt et oderunt et me et patrem
meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est quia odio habuerunt me gratis.

In nomine unius patris. secundum lucam. In illo

Dixit ihesus discipulis suis. Si quis uult *tempore*
sequi me uenit: abneget semetipsum et
tollat crucem suam cotidie et sequatur me. Qui
enim uoluit animam suam saluam facere: perdat
illam. Quod enim proficiet homini si lucretur
uniuersum mundum se ipsum autem perdat et detri-
mentum sui faciat? Nam qui me rubuerit
et uerba sermones: hunc filius hominis eru-
bescet cum uenit in maiestate sua: et patris et
sanctorum angelorum. Dico autem uobis: uere sunt aliqui
hic stantes qui non gustabunt mortem donec
uideant regnum dei. *Alia secundum lucam.*

Dixit ihesus discipulis suis. *In illo tempore.*
Si quis uenit ad me et non odit patrem suum
et matrem et uxorem et filios et fratres et
sorores. ad huc autem et animam suam: non
potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens
turrem edificare. non prius sedens computat
sumptus qui necessarii sunt si habeat ad profici-

91
endū. ne postea quam posuerit fundamentū
et non potuerit p̄ficere. om̄s qui uident īcipi
ant illudere ei dicentes. q̄a hic homo cepit be
dificare. ⁊ non potuit consummare. Aut qui
rex iturus committit bellum aduersus alium
regem. non sedens p̄us cogitat si possit eū de
cem milibus occurrere ei. q̄cum uiginti mi
libus uenit ad se. Duoq̄q̄ ad huc illo longe
agente. legationem mittens rogat ea que pa
cis sunt. Sic ergo om̄s ex ub̄ qui non renū
ciauerit omnibus que possidet. non potest
meus esse discip̄s.

Alia sc̄dm̄ marthum

Seruit̄ ih̄s discip̄is suis. *In illo tempore.*
Si quis uult me sequi. de neget se met ip̄m.
et tollat crucē suam et sequat̄ me. Qui enim
uoluerit animā suā saluam facere. p̄det
eam. Qui autē p̄didit animā suā p̄pter me
et p̄pter euanḡl̄m. saluam eam faciet. Quid
enim prodit homini si lucret̄ mundum totū
et de trimentum faciat anime sue. Aut q̄d
dabit homo commutationis p̄ anima sua. Qui
enim me confessus fuit et mea uerba in gene
ratione. uita ad ultā et p̄ccatōe. et filius ho
minis confitebit̄ eum. cum uenit in gl̄ia pa

tris sui cum anglis scis. Et dicebat illis. Amen
dico uobis: quia sunt quidam de hic stantibus qui
non gustabunt mortem. donec uideant regnum
dei. ueniens in uirtute.

Alia sedm iohem.

Dixit ihs discipulis suis. *In illo tempore.*

Amen amen dico uobis: nisi granum fru-
menti cadens in terram mortuum fuerit. ipsum solum
manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum
affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui
odit animam suam in hoc mundo: in uitam eternam
custodit eam. Siquis michi ministrat: me sequa-
tur. Et ubi sum ego: illic et minister meus erit.
Siquis michi ministrauerit: honorificabit eum
pater meus.

Alia sedm matheum.

In illo

Dixit ihs discipulis suis. *tempore.*
Nolite arbitrari: quia uenim pacem mittere
in terram. Non uenim pacem mittere: sed gladium.
Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum.
et filiam aduersus matrem suam. et uirum ad-
uersus fratrem suam: et inimici hominis dome-
stici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam
me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem
suam et sequitur me: non est me dignus. Qui in-
uenit animam suam: perdet illam. Et qui perdit

animam suam p[ro]p[ter] me. inueniet eam. Qui recipit uos. me recipit. Et qui me recipit. recipit eu[m] q[ui] me misit. Qui recipit p[ro]ph[et]am in nomine meo. mercedem p[ro]ph[et]e accipiet. Et qui recipit istum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet. Et qui cumq[ue] potu[m] dedit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli. amen dico uobis non p[er]det mercedem suam.

In u[er]b[is] p[er] plurimos u[er]m. s[an]cti math[ie]. In illo tempore.

Uidens turbas ih[esu]s. ascendit in monte[m]. Et cu[m] sedisset. accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum. docebat eos dicens. Beati paupes spu[m]. q[ui]m ip[s]o[rum] est regnu[m] celo[rum]. Beati mites. q[ui]m ip[s]i possidebunt terram. Beati q[ui] lugent. q[ui]m ip[s]i consolabunt[ur]. Beati q[ui] esuriunt et sitiunt iusticiam. q[ui]m ip[s]i saturabunt[ur]. Beati misericordes. q[ui]m ip[s]i misericordiam consequentur. Beati mundo corde. q[ui]m ipsi d[omi]n[u]m uidebunt. Beati pacifici. q[ui]m filij d[omi]ni uocabunt[ur]. Beati qui p[er]sequutionem paciuntur p[ro]p[ter] iusticiam. q[ui]m ip[s]o[rum] e[st] regnu[m] celo[rum]. Beati estis cum maledixerint uob[is] homines et p[er]sequuti uos fuerint. et dixerint o[mn]ne malum ad u[er]sum uos menciens. p[ro]p[ter] me. Gaudete i[n] illa die et exultate. q[ui]m



merces uestra copiosa est in celis. *Alia sedm*

Quirit ih̄s discip^u *mathi*. *In illo tempore*
illis suis. Nichil optum quod non reue-
labitur. et occultum quod non scietur. Quid
dico uob̄ in tenebris. discite in lumine. Et qd̄
in aure auditis. pdicate sup̄ tecta. Et nolite
timere eos qui occidunt corpus animā autē
non possunt occidere. s; potius eum timete
q̄ potest animā et corpus pdere in gehennā.
Nōne duo passeris alle ueneunt. et unus ex
illis non cadet sup̄ tram sine patre uro. Vri
autē et capilli capiti. om̄s numerati sunt. No-
lite ergo timere. multis passeribus meliores
estis uos. Quis ergo q̄ confitebit̄ me coram
hominibus. confitebor et ego eum coram
patre meo q̄ in celis est. Qui autē negauerit
me corā hominibus. negabo ego eū coram pa-
tre meo. qui est in celis. *Alia sedm mathi*

Sedente ih̄u sup̄ montē. *In illo tpe.*
soluen. accesserunt ad eum discipuli
secrete dicentes. Dic nobis quando hec erūt.
et quod signum ad uentus tui et consuma-
ciones scli. Et r̄spondens ih̄s. dixit eis.
Videte ne quis uos seducat. Quia enī ueniēt

in nomine meo, dicentes quia ego sum xps.
 et multos seducent. Audituri enim estis pre-
 ua. et opiniones preliorum. Videte ne tur-
 bemini. Oportet enim hec fieri. sed non dum
 est finis. Consurge enim gens in gentem et reg-
 num in regnum. et erunt pestilencie et fames,
 et tremotus ploci. Hec autem omnia: inicia
 sunt dolor. Tunc tradent uos in tribulacione.
 et occident uos. Et eritis odio omnibus genti-
 bus. propter nomen meum. Et tunc scandalizab-
 untur. multi et inuicem tradent. et odio habe-
 bunt in uicem. Et multi pseudo prophete surgent.
 et seducent multos. Et quoniam habundantia
 iniquitas. refrigescet karitas multorum. Qui
 autem perseverauerit usque in finem hic saluus

Alia s mathm. In illo tempore. erit.
Dixit ihu discipulis suis. Ecce ego mitto uos.
 sic oues in medio luporum. Estote ergo pru-
 dentes sicut serpentes. et simplices sicut colu-
 be. Saucte aut ab hominibus. Tradent enim
 uos in conciliis. et in sinagogis suis flagella-
 bunt uos. Et ad presides et ad reges ducemini
 propter me. in testimonium illis. et gentibus. Cum
 autem tradent uos. nolite cogitare quom aut

quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora. quid loquamini. Non enim uos estis qui loquamini. sed spiritus patris uestrum qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem. et pater filium. Et in surgent filii in parentes. et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus. propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit. *Alia s. lucam.* *In illo tem*

S descendens ihesus de monte. stetit *poze* in loco quam pestr. et turba discipulorum eius. et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et iherosolim. et martina et tyri et sidonis. qui ueniant ut audirent eum. et sanarentur a languoribus suis. Et qui uerabantur a spiritibus in mundis. curabantur. Et omnis turba querentibus eum tangere. quia uirtus de illo exibat. et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. dicebat. Beati paupes. quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis. quia saturabimini. Beati qui nunc fletis. quia ridebitis. Beati eritis cum uos odint homines. et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum. propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces uestra multa

est in celo **Alia scdm lueham.** **I**n illo tem

Quit ih̄s discipulis suis. Attendite **port-**
afermento phariseorū. qđ est ypocrisis.
Nihil aut optum est quod non reueletur.
neq; absconditum quod non sciat. Am̄ que in
tenebris dixistis in lumine dicent. et quod in
aure locuti estis ī cubiculis p̄dicabit̄ intectis.
Dico autē uobis amicis m̄is. ne t̄ramini ab
his qui occidunt corpus. ⁊ post hec nō h̄ent
amplius quid faciant. Nostendāū autē ub̄
quem timeatis. T̄mēte eum. qui post quā oc
ciderit h̄t potestātē mitte in gehennam. Itā di
co uobis. hunc timeate. Hōīne q̄nq; passerēs
ueneunt dipondio. Et unus ex illis non ē. S;
et capilli capitis ur̄i. om̄s numerati sunt. Noli
tē ergo timeate. mltis passeribus pluris estis
uos. Dico aut ub̄. Omnis quicumq; cōfessus
fuit me coram hominib;. et filius hominis cō
fitebit̄ illum coram anglis dei. Qui aut nega
uerit me coram hōminib;. de negabitur corā

anglis dei. **Alia scdm luehā.** **I**n illo

Quit ih̄s discipulis suis. Cum **tempore.**
audieritis preliā ⁊ seditiones. nolite t̄reri.
Dportēt p̄mū hec fieri. sed non dum statī fini.

Tunc dicebat illis. Surgent gens contra gentem
et regnum ad usus regnum. et tremotus in
agris erunt pro loca et pestilentie et fames. et tioresque
de celo et signa magna erunt. Sed ante hec omnia
iniciant uobis manus suas et persequuntur. tra
dentes in sinagogas et custodias. trahentes ad
reges et principes propter nomen meum. Continget autem
uobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus ue
stris. non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego
enim dabo os et sapientiam. et non poterunt
resistere et contradicere omnes adversarij ue
stri. Tradentur autem a parentibus et fratribus et cognatis et
amicis. et morte afficient ex uobis. Et eritis ho
die omnes uobis. propter nomen meum. Et capillus de
capite uestro non peribit. In patientia uestra posside
bitis animas uestras. *Alia. secundum iohannem.*

Dixit ihesus discipulis suis. *illo tempore.*
Amen amen dico uobis. quia plorabitis et fle
bitis uos mundus autem gaudebit. Vos autem con
tristabimini. sed tristitia uestra. uertetur in gau
dium. Mulier cum parit tristitiam habet.
quia uenit hora eius. Cum autem pepererit
puerum. iam non meminit presurie propter gau
dium. quia natus est homo in mundum. Et

uos igitur: nunc quidem tristitiam habetis.
Illum autem uidebo uos: et gaudebit cor
urum. Et gaudium urum nemo tollet a uobis.

In nle unius confessoris. Sedm mathm. In

Dixit ih̄s discipulis **illo tempore:**
suis parabolam hanc. Homo quidam
peregri proficiscens uocauit seruos suos: et
tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque
talenta: alij aut duo. alij uero unum. Unus
cuique sedm ppam uirtutem: et profectus est
statim. Abiit aut qui quinque talenta acce-
perat: et opatus est in eis et lucratus est
alia quinque. Similiter et qui duo accepit:
lucratus est alia duo. Qui autem unum ac-
ceperat: abiens fodit in terram: et abscondit pe-
cuniam dñi sui. Post multum uero temporis:
uenit dñs seruorum illorum: et posuit rationem cum
eis. Et accedens qui quinque talenta accepit:
obtulit alia quinque talenta dicens. Dñe: quinque
talenta tradidisti michi: ecce alia quinque sup lu-
cratus sum. Dixit illi dñs eius. Fuge serue bo-
ne et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis su-
pra multa te constituam. Iuxta in gaudium
dñi tui. Accessit aut et qui duo talenta ac-

cepit et ait. Dñe. duo talenta michi tradidisti. ecce alia duo lucratus sum. dicit illi dñs ei. Euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. *Alia secundum matthiam.*

Dixit ih̄s discipulis suis. *In illo tempore.* Vigilate. quia nescitis qua hora dñs uenturus sit. Illud autem scitote. quoniam si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset. uigilaret utique et non sineret profodi domum suam. Ideo et uos estote parati. quia qua nescitis hora filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens. quem constituit dñs super familiam suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus. quem cum uenit dñs eius. inuenit sic facientem. Amen dico uobis. quoniam super omnia bona sua constituet eum. *Alia secundum*

Dixit ih̄s discipulis *luchā.* *In illo tempore.* Sicut lumbi uiri percuncti. et lucerne ardentes. Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando uenturum anuptis. ut cum uenerit et pulsauerit confestim aperiant ei. Beati serui illi. quos cum uenit dominus inuenit uigilantes. Amen dico uobis. quod percurret se.

et fatiet illos discumbere. et transiens ministra-
bit illis. Et si uenit in secunda uigilia. et si in
tertia uigilia uenerit et ita in uenit: beati sunt
serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret pater
familias qua hora fur ueniret uigilaret utique
et non sineret profodi domum suam. Et uos estote
tote parati: quia qua hora non putatis filius
hominis uenire. *Alia secundum mattheum.* **I**

Dixit ihesus discipulis suis. *Illo tempore.*
Uidete: uigilate et orate: nescitis enim
quando tempus sit. Sic homo qui peregre profec-
tus reliquit domum suam. et dedit seruis suis po-
testatem cuiusque operis: et ianitori precepit ut
uigilet. Uigilate ergo. nescitis enim quando do-
minus domus ueniat: sero an media nocte. an
galli cantu. an mane. ne cum uenit repente. in-
ueniat uos dormientes. Quod autem dico uobis.
omnibus dico uigilate: *Alia secundum lucam.*

Dixit ihesus discipulis suis. *Illo tempore.*
Nemo accendit lucernam et in abscondito
ponit. neque sub modio. sed super candelabrum:
ut qui ingrediuntur lumina uideant. Lucerna corporis
tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex:
totum corpus tuum lucidum erit. Si autem

nequam fuit: etiam corpus tuum tenebrosum erit.
Iste ergo: ne lumen quod in te est, tenebre sint.
Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit,
non habens aliquam partem tenebrarum: erit lu-
cidum totum. Et sic lucerna fulgoris uumina
Alia secundum matthiam. In illo tempore: bit te.

Dixit simon petrus ad uim. Ecce nos reli-
quimus omnia: et sequuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Ihs autem: dixit illis. Amen
dico uobis: quod uos qui sequuti estis me in re-
generatione cum sedit filius hominis in sede
maiestatis sue, sedebitis et uos super sedes
duodecim, iudicantes duodecim tribus isrl.
Et omnis qui reliquerit domum, ut fratres, aut
sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxo-
rem, aut filios, aut agros propter nomen inu:
centuplum accipiet et uitam eternam posside-

In natale virginium, secundum bit.

matthieum. In illo tempore:

Dixit ihs discipulis suis parabola hanc.
Simile est regnum celorum decem uir-
ginibus: que accipientes lampades suas, eri-
erunt obviam sponso et sponse. Quinq; autem
ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sj

97
quinq; fatue. acceptis lampadibus nō sup-
serunt oleum secum. Prudentes uero. acce-
perunt oleum in uasis suis cum lampadi-
bus. Moram autē faciente sponso. dormita-
uerunt om̄s et dormierunt. Media autē
nocte clamōr factus est ecce sponsus. uenit ex-
ite obviam ei. Tunc surrexerunt om̄s uigine
ille. et ornauerunt lampadas suas. fatue
aut. sapientibus dixerunt. Date nobis de
oleo ur̄o. quia lampades nr̄e extinguent̄.
Responderunt prudentes dicentes. Ne forte
non sufficiat nr̄o et uob. it. potius ad ue-
dentes et emite uob. Dum autē irent eme-
uenit sponus. Et que parate erant intra-
uerunt cum eo ad nuptias. et clausa est ia-
nuā. Nonnulli uero ueniunt et relique u-
gines. dicentes. Domine dñe. api nob. At
ille respondens ait. Amen dico uob. nescio
uos. Vigilate itaq; quia nescitis diem neq;
horam.

Alia scdm math. In illo tempore.

Dixit ih̄s discipulis suis parabolam h̄c
Simile ē regnum celoz tesaur̄o abcon-
dito in agro. quem qui inuenit homo abs-
condit. et p̄ gaudio illius uadit et uendit

uniūsa que habz et emit agrum illū. Itūm
simile est regnum celoz hominū negociatorū.
querenti bonas margaritas. Inuenta āt una
preciosa margarita. abijt et uendidit omnia
que habuit. et emit eam. Itē simile est reg
num celorum sagene misse in mare. et ex oī
genere piscium congreganti. Quam cum im
pleta ēet educentes. et secus litus sedentes.
elegerunt bonas in uasa malos aut foras mi
serunt. Sic erit in consumacione seclī. Erubunt
angli et separabunt malos de medio iustozū.
et mittent eos in caminum ignis. Ibit erit fie
tus. et stridor dencium. Intellexistis hec omnia?
Dicunt ei. Sciam dñe. At illis. Ideo omnis sc
ba doctus in regno celoz. similis est hominū pa
tri familias. qui profert de thesauro suo noua
et uetera. *In dedicatione ecclē. uel amūsarum.*

Dixit ih̄s & lucam. I n illo tempore.
Dixit ih̄s & lucam. I n illo tempore.
discipulis suis. Non est arbor bona que
facit fructus malos. neq; arbor mala faciens
fructū bonū. Una queq; enim arbor. de fruc
tu suo cognoscit. Neq; enim despinis colligunt
ficus. neq; de rubo uindemiam uuam. Bonus
homo de bono thesauro cordis sui p̄fert bonū.

et malus homo de malo thesauro profert ma-
 lum. Ex habundantia enim cordis os loquitur.
 Quid enim uocatis me dñe dñe. et non facitis
 que dico? Omnis qui uenit ad me et audit
 sermones meos et facit eos ostendam uobis cui
 similis est. Similis est homini edificanti do-
 mum. qui fodit in altum. et posuit fundamē-
 ta sup petram. In undacio autem facta illi
 sum est flumen domus illi. et non potuit
 eam mouere. fundata enim erat supra pe-

Alud secūm Lucham. **I**n illo
 Egredis ihs. pambulabat *tempore.*
 iericho. Et ecce uir nomine zacheus. et hic
 erat princeps publicanor et ipse diues. Et
 querebat uidere ihm quis eet. et non po-
 terat p turba quia statuta pusilus erat. Et
 precurrens ascendit in orbem sic hominor ut ui-
 deret illum. quia inde erat transiturus. Et
 cum uenisset ad locu. suspiciens ihs uidit il-
 lum. et dixit ad eum. Zache. festinans descen-
 de. quia hodie oportet in domo tua oportet
 me manere. Et festinans descendit. et
 excepit ihm gaudens. Et cum uiderent os.
 murmurabant dicentes. quod ad homine

peccatorem dicitur. Stans autem zachaeus.
dixit ad ihm. Ecce dimiduum bonorum meorum dabo
pauperibus. et si quo aliquem defraudavi.
reddo quadruplum. ait ihm ad eum. Quia
hodie salus domus huius facta est. eo quod
et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis
querere et saluum facere quod perierat.

De sancta trinitate. Cum uenit iherosolimitus. et
in diebus infra octabas ascensionis domini. *De*

scilicet spiritu sancto. Si quis diligit me. *De sancta*
Ascendens ihesus cruce. *scilicet in iherosolimam.* In illo tempore
iherosolimam. assumpsit duodecim discipulos
suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus iero-
solimam. et filius hominis tradetur principibus
sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum
morti. Et tradent eum gentibus ad deludendum
et flagellandum. et crucifigendum. Et

tertia die resurget. *De sancta maria.* *scilicet luciam*
Loquente ihesu ad turbas. *In illo tempore.*
extollens uocem quaedam mulier de tur-
ba dixit illi. Beatus uenter qui te porta-
uit. et ubera que suxisti. At ille dixit.
Quum unum. beati qui audiunt uerbum
dei et custodiunt illud.

Pro familiaribus. S. marchijm. In illo tempore

Sedens ih̄s contra gazophilatium. aspiciēbat quomodo turba iactaret es in gazophilacium. Et multi diuites: iactabāt multa. Cum uenisset autē unā uidua paup̄. misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocāns discipulos suos: ait illis. Amen dico uobis: qm̄ uidua hec pauper. plus omnibus misit q̄ miserunt in gazophilatium. Dñs enim: ex eo quod habundabit illis miserit. hec uero de penuria sua. omnia que h̄uit misit totum uictum suum.

Alia s̄ ioh̄em

Subleuatis ih̄s oculis in celum. *In illo tempore:* dixit. Pater. sc̄ificā eos in ueritate. Sermo tuus: ueritas est. Sic ut tu me misisti in mundum et ego misi eos in mundum. et peris ego sc̄ifico me ip̄m. ut sint et ipsi sc̄ificati in ueritate. Non p̄ his autē ego tantum: s; peris q̄ credituri sunt. per uerbum eorū in me.

proquāq; necessitate.

Quā ih̄s discipulis *S. marchijm. In illo t̄p̄e* suis. habete fidem dei. Amen dico uobis: quia quicūq; dixit huic monti tollere. et mittere in mare. et non esitauit i corde suo.

sed crediderit quodcumque dixerit fiat fiet ei. Prop-
terea dico uobis: omnia quecumque orantes pe-
titis, credite quia accipietis. et ueniet uobis.
Et cum stabitis adorandum: dimittite si quod
habetis ad uisum aliquem, ut et pater uester qui in
celis est dimittat uobis peccata uestra. Quod si uos
non dimiseritis: nec pater uester qui in celis est
dimittet uobis peccata uestra. *pro tribulacione ecclesie.*

Quod dicit ihesus *Secundum lucam.* **I**n illo tempore.
ad discipulos suos parabolam istam: quoniam
oportet semper orare: et non deficere, dicens. In-
dex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum
non timebat: et hominem non reuerbatur.
Uidua autem quedam erat in ciuitate illa:
et uenibat ad illum dicens. Iudica me de
aduersario meo. Et nolebat per multum tempus.
post hec autem: dixit in terra se. Et si deum non
timeo nec hominem reueor: tamen quia moles-
ta michi est hec uidua iudicabo illam ne in
nouissimo ueniens fugillet me. ait autem deus.
audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus
autem non faciet uindictam electorum suorum
clamantium ad se die ac nocte, et pietentiam
habebit in illis: Dico uobis, quia cito faciet

100
vindictam illorum. *Pro infirmo Sedm Luchā.*

In illo tēpore. Surgens ih̄s de sinagoga: intravit in domum simonis. Socius autem simonis: tenebatur magnis febris. Et rogavit illum pro ea. Et stans sup̄ illam imp̄iit febrē: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autem cecidisset: omnes qui habebant qui infirmos varijs languorib⁹ ducebant illos ad ih̄m. At ille singulis manus imponens curabat eos. *Pro defunctis.*

Pro defunctis. Sedm ioh̄em.

In illo tēpore. Dixit martha ad ih̄m. Dñe: si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumq; poposcens a deo dabit tibi deus. Dicit illi ih̄s.

Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dicit illi ih̄s. Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit vivet. Et omnis qui vivit et credit in me: non morietur in eternū.

Credis hoc? At illi. Vtiq; dñe. Ego credidi quia

tū es xp̄s filius dei. qui in hunc mūdū venisti.

In illo tēpore. Dixit ih̄s turbis iudeorum. Omne quod dat m̄ pater ad me venit: et eum qui venit ad me non eiciā foras.

quia descendi de celo non ut facerem uolunta-
tem meam sed uoluntatem eius qui misit me.
Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris:
ut omne quod dedit in uoluntate eius sed re-
suscitem illud in nouissimo die. Hec est enim
uoluntas patris mei qui misit me: ut omnis
qui uideat filium et credit in eum habeat uitam
eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo
die.

Secundum iohannem.

In illo tpe. **D**ixit ihu turbis iudeorum. Sicut
pater suscitauit mortuos et uiuificauit: sic et filius
quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat
quemquam: sed iudicium omne dedit filio.
ut omnes honorificent filium sicut honorificat
patrem. Qui non honorificat filium non
honorificat patrem qui misit illum. Amen
amen dico uobis: quia qui uerbum meum
audit et credit ei qui misit me. habet uitam
eternam. Et in iudicium non uenit: sed tra-
hitur a morte in uitam. *Secundum iohannem.*

In illo tpe. **D**ixit ihu turbis iudeorum. Amen
amen dico uobis: quia uenit hora in qua
quando mortui audient uocem filii dei et qui
audierint uiuent. Sicut enim pater habet:

Munda cor meum et corpus meum ac labia mea
omnipotens deus qui labia isaie prophete calculo
mundaisti ignito ut me tua miseratione factum
euangelium digne ualeam nuntiare.

vitam in semet ipso. Sic dedit et filio vitam
 habere in semet ipso. Et potestatem dedit ei
 iudicium facere: quia filius hominis est. No-
 lite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes
 qui in monumentis sunt audient uocem eius.
 Et exsurgent qui bona fecerunt in resurrectionem
 uitae: qui uero mala egerunt in resurrectio-
 nem iudicii.

Do mi nus uobiscum. Sequen cia sancti euangely. Secun dary.

In illo tpe. Maria magdalens et maria iacobi et salome eue-
 runt aromata ut ueniens ungerent ihesum. Et ualde

mane una salutorum uenit ad monumentum orto iam sa-
 le. Et dicebant ad inuisum. Cuius reuoluet nobis lapidem

le. Et dicebant ad inuisum. Cuius reuoluet nobis lapidem



ab ostio monumenti. Et respicientes uiderunt uolutum la-

pidem. Erat quippe magnus ualde. Et intrantes in monimen-

tem uiderunt iuuenem sedentem in dextris. coopertum stola candi-

da et obstupuerunt. Cui dicit illis. Nolite expauescere. Iam

queritis nazarenum crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce.


locus ubi posuerunt eum. Sed ite dicitis ad eum et

puero. quia procedet uos in galileam. Ibi cum uideritis sicut

dixit uobis.







102

EVANG
TOTIJS
ANNI.

191